

2) *Hic est Victor qui memoratur N. 4269 v. 1, avus Tamesii Augentii Olympii.* —  
 3) *Vir clarissimus.* — 4) *Pater patrum.* — 5) *De Augentio cf. ad N. 4268 not. 2.* —  
 6) *Pater (cf. N. 4227 cet.).* — 7) *Haec traditio Leonticorum, Persicorum, Heliaco-  
 rum, patricorum quid fuerit, ignoramus sed videtur pertinuisse ad diversos gra-  
 dus initiationis Mithriacae, quos numero septem enumerat Hieronymus memorabili  
 hoc loco ep. 107 ad Laetam (I p. 672/3 ed. Vallars.): Gracchus, cum praefecturam  
 regeret urbanam . . . specum Mithrae et omnia portentosa simulacra quibus corax,  
 gryphus, miles, leo, Perses, Heliodromus, pater initiantur, subvertit, fregit, excussit.  
 Cf. Cumont *mystères de Mithra I p. 315 seq. II p. 18.* 'Gradus Persicus' memoratur  
 etiam N. 4266. Cf. Cumont *myst. de Mithra I p. 315 seq.* — 8) *Consulibus supra  
 scriptis.* — 9) *A. 358.* — 10) *Videtur scribendum esse Mai.* — 11) *Videtur intellegi  
 nescio quid absconditi, quod initiatis primum ostendebatur, deinde tradebatur.* —  
 12) *A. 359.* — 13) *A. 362.**

**4268** dd. nn. Valente V et Valentiniano iuniore primum Augg.<sup>1</sup>, VI idus April., tradidit hierocoracica Aur. Victor Augentius v. c., p. p.<sup>2</sup>, filio suo Emiliano Corfoni. Olympio c. p. anno tricensimo acceptionis suae, felic.

*Romae, in S. Silvestri (VI 751<sup>b</sup> semel descripta saec. XV).* — 1) *Intellege: consulibus, i. e. a. 376.* — 2) *Idem qui supra N. 4267<sup>a</sup> seq. memoratur una cum patre Nonio Victore Olympio, iam ipse, post mortem huius ut videtur, 'pater patrum'.*

**4269**

| T T <sup>1</sup> | Olympii  | A A <sup>1</sup> |
|------------------|--|------------------|
| a a              | Olim Victor avus <sup>1</sup> , caelo devotus et astris,       | u u              |
| m m              | regali sumptu Phoebeia <sup>2</sup> templa locavit.            | g g              |
| ē e              | Hunc superat pietate nepos, cui nomen avitum est: <sup>3</sup> | e e              |
| s s              | antra facit, sumptusque tuos nec, Roma, requirit. <sup>4</sup> | n n              |
| i i              | Damna piis meliora lucro: quis ditior illo est,                | t t              |
| i i              | qui cum caelicolis parcus bona dividit heres?                  | i i              |
|                  |  | i i              |

*Romae rep. a. 1867 eodem fere loco quo N. 4267<sup>a</sup> seq. multo antea prodierunt, ad vicum S. Silvestri (VI 754 vidit Henzen).* — 1) *Qui titulum posuit, Tamesius Olympius Augentius, nepos fuit Victoris, scilicet Nonii Victoris Olympii, a quo veniunt tituli N. 4267<sup>a</sup> seq.* — 2) *Phoebeia templa, sc. dei Solis Mithrae.* — 3) *Olympii nomen avo et nepoti commune (nisi forte etiam huic Victoris nomen fuit).* — 4) *Henzenus (bull. Inst. arch. 1868 p. 96) coniecit titulum scriptum esse paullo post quam Gratianus sacerdotibus et virginibus Vestalibus publica emolumenta detraxit; huc spectare quod dicit Olympius, se sumptus Romae non requirere.*

**4270** d. m. | L. Septimius Auggg.<sup>1</sup> lib. Archelaus | pater et sacerdos invicti | Mithrae domus Augustanae, | fecit sibi et Cosiae Primitivae | coniugi benemerenti, libertis liberta|busque posterisq. eorum.

*Romae (VI 2271 vidit Henzen).* — 1) *Trium Augustorum (Septimii Severi, Caracallae, Getae).*

**4270<sup>a</sup>** M. Valeri[us] | Maximu[s] | sacerdo[s] | d. S. i. M., stu[d.] | astrologia[e], | sibi et | Severiae Apr . . . | uxori. | H. m. h. n. [s.]

*Mediolani (V 5393 vidit Mommsen).*